



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313763>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



9

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS LUDOVICUS RAMBONNET, J. JF.  
ex pago Emmenes.

A. D. XXIII OCTOBRIS, ANNI MDCCCLIV, HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD W. C. J. BOLLAAN.

M D C C C L I V.



---

## T H E S S.

---

### I.

In L. 23 pr. C. de S. S. Ecclesiis transitus legalis qui dicitur ecclesiis a Justiniano non tribuitur.

### II.

Locus regit actum (quod ad formam) non est iuris romani.

## III.

L. 3 § 2 D et L. 5 D. de separationibus conciliari nequeunt.

## IV.

Depositum propter impensas retinere licet.

## V.

Actio negotiorum gestorum utilis non datur ei, qui aliena negotia gesserit, falso existimans esse sua.

## VI.

Etiam ad usumfructuarium qui aedificavit in fundo fructuario pertinere videntur quae art. 658 Cod. Civ. statuta sunt.

## VII.

Creditor, qui stipulatus est ut sibi liceret hypothecam vendere, modo art. 1223 Cod. Civ. praescripto, nihilominus jus suum ordinaria via persequi potest.

## VIII.

Art. 1205 Cod. Civ. in fine conceditur jus pignoris.

## IX.

Stabularius, apud quem equus conductoris nomine induc-tus est, huic tenetur ex art. 1746 Cod. Civ.

## X.

In causis summariae cognitionis incidens appellatio in conclusione apud judicem proponi potest.

## XI.

Societas nominibus non expressis commenditaria con-trahi potest.

## XII.

Cambium siccum a mercatore profectum habetur res mercatoria; nec admittitur probatio, causam debiti merca-turam non spectare.

## XIII.

Si patet nominis subscriptionem trassantis falsam esse acceptans solvere non tenetur.

## XIV.

Opposito contra sententiam qua petente creditore foro cessio pronuntiata est, instituenda est a creditore contra hunc creditorem et non simul contra curatores.

## XV.

Minus probandum, quod status foro cessionis, demum finitur rehabilitatione.

## XVI.

Conatus mediis absolute inefficacibus perpetratus puniri nequit; nec si deest objectum.

## XVII.

Duellum ex speciali lege puniendum est.

## XVIII.

Ut bellum justum sit, exigitur justi belli causa, si ea  
absit licet indictio obtinuerit bellum tamen justum esse  
nequit.

## XIX.

Jus civitatis tempore fatali elapso de quo cavebat lex  
fundamentalis anterior in art. 10 non recte a rege con-  
cedebaratur.

## XX.

Inique de BECCARIA judicat MERLIN Repert. voce peine :  
"Il se flatte-inquit-avoir plaidé et gagné la cause de l'hu-  
manité, mais on peut lui dire avec plus de vérité, qu'il a  
plaidé la cause de la scélérité et qu'heureusement il  
l'a perdue."

## XXI.

Privilegia (*oetrouwijen*) inventionis abolenda esse censemus.

## XXII.

Artificiosa pauperum conductio (*inrichtingen tot werk-  
verschaffing*) improbanda videtur.

1905923